Dissertatio inauguralis, de nephritide vera ... / [William Falconer].

Contributors

Falconer, William, 1744-1824. University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi: J. Bruce, 1766.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/w2fu3y67

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org Lor St Belmer

DISSERTATIO INAUGURALIS,

DE

NEPHRITIDE VERA

THE INAUGURALI

DISSERTATIO INAUGURALIS,

DE

NEPHRITIDE VERA:

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex auctoritate Reverendi admodum Viri,

GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI:

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu, Et nobilissimae FACULTATIS MEDICAE decreto; Pro GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE
ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS FALCONER,

ANGLUS.

Ad diem 26, Augusti, hora locoque solitis.

Magis ignoscendum medico est parum proficienti in acutis morbis quam in longis.

CELSUS, lib. iii. cap. z.

Apud J. BRUCE et Socios.

MDCCLXVI,

DISSERTATIO INAUGURALIS,

a a

NEPHRITIDE VERA:

MAUG

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Es andordere Reverend adapted an Vist,

OULHELMI ROBERTSON, S. S. T. P. CACABEMAR PRINCELL.

иси эзи

Amplified SENATUS ACADEMICI confede.

AUCA TO A STATE OF THE STATE OF

ERGHY ... AMEDIANA ME SUCREMAND

ERUDITORUM EXAMPLEURS

GULIELMUS PALCONER,

August

Ad ellem rd. Augunti, hern locaque folities

Magis ignofoundess no-dice off course professed in acute morning quem in longits.

Contact in the life course of the course of the life course of

HDINBURGI.
Apud J. Baver et Socies.
MUCCLXVI.

VIRO OPTIMO,

RANULPHO WILBRAHAM,

ARMIGERO;

IN CONCILIO BRITANNIAE MAGNO SENATORI INTEGERRIMO:

OB AMOREM FERE PATERNUM,

QUEM ERGA SE USQUE AD HUNC DIEM

PRAESTITIT;

QUAE OMNIA PIETATIS INDICIA NUNQUAM GRATO ANIMO ELAPSURA SUNT:

NEC NON

VIRO EGREGIO,

THOMAE WILBRAHAM,

MEDICINAE DOCTORI,

COLLEGII REGALIS LONDINENSIS,

ET REGIAE SOCIETATIS

SOCIO DIGNISSIMO:

RANULPHO WILBRAHAM,

ARMIGERO:

IN CONCILIO BRITANNIAE HAGNO SENATORI INTERNINO:

OR ANGRAM FARE PATERNOS,

OURM ERGA SE USOFE AD HUNG DIEM

PRASSITIT;

QUAL OMNIA PINTATIS INDICIA NUNQUAM GALLO ANINO ELAPSURA SURTE

NON DAN

VIRO EGRECIO,

THOMAE WILBRAMAN,

MEDICINAE BOOTORI,
COLLEGII RECALIS LONDINENSIS,
ET RECIAE SOLIETATIS
SOCIO DICKISSIMO:

NEC NON

VIRO EGREGIO,

THOMAE HAYES,

MEDICINAE DOCTORI,

ARTIS MEDICAE PERITIA

MORUMQUE COMITATE

INSIGNI;

HOC PRIMUM IN MEDICINA TENTAMEN

OFFERT

GULIELMUS FALCONER.

REG NON

vina senseio,

THOMAE MAYES,

MEDICINAD DOCTORS,

ARTIS MEDICAR PERITIA
PERSONAL CONTRACTOR

INDISHI:

HOC FRIMUM IN MEDICINA TENTAMEN -

OFFERT

GULHELMUS PALGONER,

DISSERTATIO INAUGURALIS,

DE

NEPHRITIDE.

操手操手操手操手操手操手操手操手操手操手操手操手操手操手操手

DEFINITIO MORBI.

TBI dolor adest ad posteriorem, et lateralem abdominis partem, quae costis ultimis nothis, atque ossi I-leo interjacet; febre acuta, mingendi cupiditate atque difficultate comitantibus, Nephritidem adesse judicamus*.

HISTORIA MORBI.

Duplex morbus est qui modo dictis symptomatibus innotescit; unus†, qui extimam

^{*} Sauv. vol. 2. p. 510. Nofol. meth.

[†] Vide Hoffman, vol. 2. p. 147.

extimam tunicam renis occupat, et Eryfipelacei generis esse videtur; quique, ut omnes hujus generis morbi, à febrilibus fymptomatibus initium fumit. Quibus mox accedunt dolor ardens, acutus, fixus, in regione renis fedens. Pulsus arteriarum celer, et durus; ardens urinae crudae, et tenuis mictio; et in regione lumbari caloris fenfus moleftior. Levior hic morbus plerumque est, et remediis antiphlogifticis, et regimine diaphoretico, citra suppurationem brevi sanatur. Alter vero morbus gravior est, interiorem propriamque renis substantiam occupans, qui renis vera phlegmone est*.

Hoc ingruente febrilis horror, atque frigus gravius urgent, diutiufque perdurant. Tenfus ac gravis in regione † renis fenfus est, qui omni motu augetur, quique brevi tempore in acutum, et fixum dolorem

^{*} Pro hac distinctione, vide Hoffman, vol. 2. p. 147-

⁺ Hoffman, ibidem ut supra.

dolorem transit. Urina frequens quasi ardet, et prodit rubra, ‡ flammea, et non-nunquam sanguine tincta; et licet minus urinae in vesica contineatur, § crebrum tamen mingendi desiderium urget *. Quinetiam cum dolore urina, nescio homine stillat. Crescente sebre, cutis arida atque calida sit; urget sitis † intolerabilis; strictura et anxietate ‡ laborant praecordia; dolor terebrans usque ad umbilicum protenditur.

Pulsus ordinem parum servant; saepe nausea, § ructus, et vomitus bilis premunt; calor in lumbis valde intensus nascitur; ** stringitur alvus, retrahitur ** testiculus ejusdem lateris, qui etiam dolore

^{\$} Sennertus, p. 1089. cap. viii.

[§] Van Swieten de Nephritide, vol. 3. p. 223.

^{*} Juncker. consp. med. p. 358-59.

[†] Junck. ut supra.

[‡] Sauv. vol. 2. p. 510—11.

[§] Van Swieten, vol. 3. p. 234.

^{**} Juncker. confp. med. p. 358-59 .- Sauv. N. M. T. 2. p. 511.

4 DISSERTATIO INAUGURALIS.

dolore ardente, fixo, pungente, et interdum tumore afficitur. Dolor per ureteres deorsum transit, et non raro vesicam
* inflammat; stupet crus ejusdem lateris, et nonnunquam friget, interdum etiam dolet †. ‡ Tumor in renibus tactui
manifestus nonnunquam evadit. In latus § dolens homine decumbente nonnunquam leviores, si in integrum jacet,
graviores siunt dolores. Estubi haec contraria sunt, uti certiores nos Cullenus
noster eximius fecit.

ITA plerumque exoritur, et procedit morbus, dum regularis est, et in simplice phlegmone unius utriusve renis consistit. Non tamen semper eodem ordine, aut pari cum vehementia, symptomata occurrunt. Variant enim tum pro diversis hominum conditionibus, tum etiam pro

^{*} Cael. Aurel. p. 569 .- Sennert. p. 1089. cap. viii.

⁺ Sauv. N. M. 511 .- Juncker, Cael. Aurel. &c.

^{\$} Sennert. p. 1091. cap. ix.

[§] Riverii praxis med. p. 187.

pro causarum, quae morbum inducunt, varietate. Sine semoris interdum stupore, aut testiculo § retracto, morbus cursum suum absolvit. Nonnunquam etiam
in ipso initio urina * pallet, nonnunquam
rubra ac slammea est.

† In longius vero, aut brevius tempus, morbus, ut supra comprehensum est, pro ipsius inflammationis diversis conditionibus producitur. Si vehementia symptomatum in summum non est aucta, si idoneis remediis adhibitis, et bonitate naturae, intra quartum diem, aut ad ultimum intra sextum, insigni aegri levamine minuta est, praecipue si ex copioso sanguinis ‡ per haemorrhoidales venas profluvio id levamen contigit, si cum hoc profluvio, vel etiam sine eo, ex remissione notabili symptomatum praegressa, un

[§] Van Swieten comment. vol. 3. p. 223.

^{*} Hoffman p. 147. vol. 2.

[†] Van Swieten, vol. 3. p. 231.

[!] Boerh. aph. 996. -- Van Swieten. comment. in eundem.

men

^{*} Notandum vero est, hanc urinae partium seccisionem hoc in morbo non semper obtinere, quamvis morbus selici resolutione terminata est. Ut enim Van Swieten de hoc morbo observavit:—" Et illae urinae bonae sunt, quae crassae excernuntur, "licet non subsidant, aut sedimentum inaequale aut divulsum habeant, quod in aliis morbis suspectum videretur."—Van Swieten, tom. 3. p. 232. ad sinem.

⁺ Boerh. aph. 1001. Van Swiet. comm. in eundem,

^{\$} Ibid .- Van Swiet. Riv. tom. 2. p. 193.

[§] River. p. 193. vol. 2. Van Swiet.

men abscessus signum est pus per ureteres delapsum, et cum urina excretum. In nonnullis etiam, si abscessus magnus est, pondus incumbens * sentitur.

Quod fi morbus etiam faevior, et vehementior effe pergit, gangraenam fubesse metuendum est. + Gangraenam inceptam docent doloris intolerabilis antea fubita remissio, arteriarum pulsus celerrimi, debiles, intermittentes, vires fubito fractae, fudores gelidi, vultus livescens, partium extremarum frigus, urinae fuppressio, vel si prodit, livida, nigra, capillofa, et carunculis nigris et fuscis inquinata. Has notas fingultus, convulfiones, et mors mox deinde excipiunt.-Postremo per alium exitum inflammatio terminatur. Nam, ubi neque refolutione, neque suppuratione tolli potest impacta vasis materies, in schirrhum deinde indurescit,

^{*} Ibid. River.

[†] Boern. aph. 1005 .- Van Swiet. in eund .- Kleinius, p. 250.

rescit, schirrhi autem signa bene resert Ægineta *.—" Quaecunque durities circa " renes oboriantur, dolores quidem non " amplius inferunt: aegris autem ex va-" cuo ventris loco veluti quodpiam pen-" dere videatur: et stupor adest coxendi-" cum et impotentia crurum, mingunt-" que pauca, et reliquo corporis habitu, " aqua inter cutem laborantibus, maxi-" me similes existunt. Quidem etiam " temporis progressu hydropem mani-" feste incurrunt, veluti ab aliis visceri-" bus induratis contingit."—

DIFFERENTIA MORBI.

Plures morbi funt qui Nephritidem specie sua reserunt; quorum praecipui sunt lumbago, colica flatulenta, splenitis, enteritis, ileus, nephritis calculosa. † Lumbago à nephritide vera eo primum disfert, quod, cum externas lumborum par-

tes

^{*} Serm. XI. cap. 17. p. 270.

[†] Juncker. consp. med. p. 358.

tes pro sede habeat, dolores ejus non ita profunde ac in nephritide vera, federe fentiuntur. Praeterea lumbago extremas dorfi et lumborum musculorum partes potissimum occupat, quae a sede propria * nephritidis utique distant; aut etiam multo majus spatium obsidet, et per totum curfum musculorum dorsi excurrit. Spasticus porro dolor ejusdem et lancinans est. † Optimum autem discrimen dant in lumbagine, nullus per ureteres dolor decurrens, testiculus non retractus, nullus femoris stupor, nulla mictionis, aut urinae vitia. Hoc autem fignum maxime constans est, et quasi pro pathognomonico habetur. A colica flatulenta difcrimina ita exploratu difficiliora funt, ut vulgo tamen his fignis alter ab altero morbus distinguatur. Nephritis in regione renali dolorem fuum fixum habet, dum colicus ‡ per intestina vagatur. In colica

B

^{*} Juncker. consp. med. p. 358.

⁺ Sauvage, vol. 2. p. 510.-Nof. meth.

[‡] River. p. 187. vol. 2.

colica, fi in latus dolens procumbit aeger, nullum inde doloris levamen fentit, quod in nephritide frequenter tamen evenit. Stupor cruris, testiculi retractio, urinae vitia, in colica nisi haec vehementior est, * et ischuriam excitavit, penitus deesse folent. In medendi autem usu summa cautela opus est, ut hi morbi rite distinguantur, quod nonnunquam difficile admodum fit. Quando enim flexura coli quae ad lumbos jacet, vel flatibus distenta, vel spasmodice stricta est, non modo in regione lumbari dolor atrox est, isque ad praecordia transit, verum etiam nausea, et vomendi conatus frequentes + fuperveniunt, urinae fluxus impeditur, alvus ftringitur, immo totum abdomen cruciatibus haud fecus ac in nephritide torquetur.

Neque lienis inflammatio cum dolore nephritico renum finistrum tenente confundenda

^{*} Sauv. N. M. p. 510. vol. 2. p. 143. vol. 4.

[†] Cael. Aurel. p. 569 .- River. P. M. p. 187.

fundenda est. Sic autem discrimen excipitur, quod in splenitide dolor quam in nephritide minus * atrox, magis antrorsum sesse extendit.

QUAE vero de urina et de testiculi retractione antea dicta funt, nephritidi propria, a † fplenitide aliena, diagnofim planam reddunt. Interdum etiam nephritis difficulter ab enteritide dignoscitur. Si enim intestinum colon, in eo loco, quorenibus ex utroque latere adnectitur, inflammatur, complura cum renum inflammatione confimilia figna habet. Qui morbi tamen inter se dignoscuntur primum ex eo, quod renis affectiones et dolores ad posteriora, et ad dorsum magis sentiuntur; ‡ coli vero ad interiora et ad ventrem. In coli morbo etiam raro vesica afficitur, raro urinæ vitia accedunt. Ubi colon inflammatur in dejectione alvi, potius

^{*} Juncker confp. med. p. 537.

[†] Sauvage nosologia meth. p. 509.

[‡] Sauv. nof. meth. vol. ii. p. 510.

12 DISSERTATIO INAUGURALIS.

potius quam in mictione, mutationes om-

As ileo renum inflammatio eo distinguitur, quod in illo incipiente dolor magis vagus est, eodem * urgente, intestina
ipsa quasi ligatura devincta sentiantur;
praeterea in ileo pertinacior multo alvi
constipatio est; urina multo facilius redditur; atque haec etiam sedimentum ponit. Quod vero praecipuum est, non in
lumbis, ut in nephritide, ilei dolor, sed
potius in medio abdominis sedet.

OMNIUM autem longe difficillima difcrimina inter hunc morbum et nephritidem calculosam cognitu reperiuntur. Etenim signum inter hos morbos diagnosticum, quod nunquam fallat, vix ullum datur. Verum inter ea quae pro certissimis hactenus habita sunt, sequentia maxime eminent. In nephritide vera, ac in omni

^{*} River. p. 187. Sennert. p. 1089. cap. viii.

omni vera phlegmafia, febris ut individuus comes fimul occurrit; * praecedunt etiam plerumque ea fymptomata quae febris accessionem denunciant; scilicet partis ipfius, quam inflammatio occupat, dolorofae et inflammatoriae affectiones. Contra, in calculofis renum doloribus raro febris vera apparet, aut certe non nisi post graves dolores, quique diutius aegrum excruciavere, accedit. In vera etiam nephritide febris acuta, quousque inflammatio viget, affidue urget, et nonnunquam per plures dies fine notabili fere remissione persistit. In nephritide autem calculofa, dummodo febris accesserit, manifestis exacerbationibus, et iterum remisfionibus incedit. Item in vera nephritide, pulsus ob inflammatoriam morbi naturam, durus plerumque, in † calculofis non est. Dolor etiam distendens in nephritide vera urget, idem in calculofa fubinde

^{*} Allen. fynopf. p. 195.

[†] Ludwig, No. 1360,

14 DISSERTATIO INAUGURALIS.

* fubinde interpolatur, periodicus recurrit, et pars quafi terebra perforari sentitur. Post motum in rheda, post omnem exercitationem, aut succussionem, nephritis calculosa saepissime, vera rarissime redit. † In affectionibus calculosis urina raro supprimitur.

POSTREMO cura utique hic opus est, ne temere hunc morbum adesse judicemus; nam uti bene notavit HOFFMANNUS: "hic morbus non tam frequens "est ut vulgo putatur."

CAUSAE PRAEDISPONENTES.

COMMUNES inflammationis causae hunc morbum faciunt.

ITAQUE omnia quae aut corpus totum, aut faltem renem ipsum inflammationi magis obnoxium reddunt, inter causas huic

^{*} Allen. fynopf. p. 195. † Allen. fynopf. p. 195.

huic morbo praedisponentes recensenda sunt.

* Cumque inter ea praecipuum locum teneat plethora, ideo omnia quae hunc statum corporis faciunt, in numero habenda sunt.

Quocirca qui ad adultam aetatem pervenere, qui habitum corporis † laxum habent, aut ex laboriofo vitæ genere in fubitum otium transeunt, qui denique fomno multo sese dedunt, aut victu lauto et calido, vini usu frequenti utuntur; hi omnes huic morbo maxime opportuni sunt. Huic tamen nihil magis conducit quam consuetudo frequens sanguinis mittendi, sive naturalis, sive artificialis. Proinde qui haemorrhagiis maxime obnoxii sunt, hoc morbo maxime periclitantur. Postremo pluribus vasis perditis, sanguis subito

^{*} Junckeri consp. med. p. 360. Boerh. aph. 994,

[†] Riverius, p. 186. vol. ii.

fubito intra pauciora necessario circumiens, id quod membro resecto accidit, ad nephritidem viam facit. Ipsius etiam renis status vasorum laxior, quo sit, ut vasa vi sanguinis distendenti nimis facile cedant, copiam hujus debito majorem intus accipiant, atque ita quasi plethoram renum essiciant, morbi causis annumerari potest.

CAUSAE OCCASIONALES.

Ut hunc morbum fupra de eo dicta inflammatorium esse ostendunt, ita omnia, quae febrem aut inflammationem excitant, ei occasionem praebere manifestum est. Quorum praecipua sunt illa quae ad interna viscera sanguinem maxime deferunt, aut motum hujus in illis accelerant; cujusmodi frigus habendum est. Uti enim calore relaxantur, ita frigore constringuntur sibrae et rigescunt. Vascula ergo ex sibris muscularibus compacta, quae in superficie corporis disponuntur,

nuntur, frigore nimis arcte constricta, sanguinem parum ipsa accipiunt et ad interiora repellunt. Et quoniam sanguinis motus per renes celer est, si idem morbo etiam magis augetur, facile ad inslammationem renes proclives siunt. Adeoque refrigeratione dorsi sola, lumborum praecipue, hunc morbum factum esse testatur Hoffmannus*.

VENTI etiam boreales et frigidi nephriticis inimici esse diu observati sunt.

nem ad intellina quali refluxu, propel-

ITEM calor nimius quacunque causa excitatus, febrem excitando, nephritidem efficere potest. Balnei igitur nimis calidi usus idem etiam praestare potest.

IDEM praeterea crapula, ac vini generosioris, aut meracioris, cibi salsi, aut aromatici nimius usus, † praestat.

1 Juncker, p. 360. Cafe Aurel, p. 367. Sennert, p. 1089-

rides fint, qui illas partes proprie afficir.

and to medidi stone C. elle selle se di dev ANIMI

^{*} Hoffmanni opera, tom. ii. p. 147.

[†] Junckeri consp. med. p. 360.

18 DISSERTATIO INAUGURALIS.

* Animi etiam pathemata vehementia, ficut iracundia violenta, nephritidis causa fit.

† SED nihil magis ad inflammationem excitandam conducit, quam excretiones fubito suppressae, ut menses, haemorrhagiae narium, aut haemorrhoides, quae plethoram subito quoque augent, et sanguinem ad intestina quasi resluxu, propellunt. Perspiratio etiam per cutem impedita, secretionem per renes auget, ejusque motum accelerat.

‡ SUNT etiam quae ad renes magis proprie pertinent; qualia funt pravus ufus diureticorum acrium, quales cantharides funt, qui illas partes proprie afficit. Item venena, ut § arsenicum, atque etiam

^{*} Ibid. Junckeri.

⁺ River. vol. ii. p. 186, 187. Junck. ibidem ut supra.

[‡] Juncker. p. 360. Cæl. Aurel. p. 567. Sennert. p. 1089. cap. viii.

[§] Tachenius. Hippocr. chemic. cap. xxiv. p. 149.

iam terebinthinae usus imprudens, renes proprie afficiendo, hunc morbum faciunt.

URINA etiam quacunque causa acrior reddita, renes stimulando, hujus morbi causa sit. Itaque stranguriam, post exercitationem vehementem aut calorem nimium, quo urina acrior sit, supervenire videmus.

* Motus etiam fuccussorius, equitatio praecipue, quam in renes valde agere, et secretionem urinae promovere novimus, si nimia est, renibus inslammationem inferre potest.

† NIXUM validum hujus morbi frequentem esse caussam agnovit Boerhaavius; imprimis, si, incurvato antrorsum corpore, grave pondus tollere, et corpus erigere homo nititur; tunc enim musculi dorsi

Van Swieten, vol. iii. p. 226.

[†] Van Swieten, vol. iii. p. 225,

dorsi renibus incumbentes immanem vim exercent; unde quantum renes necessario comprimantur, nemini esse obscurum potest.

reddita, renes Timuniando, hojus morbi

- TESTATUR etiam RAMAZZINI, illos qui statura longa utuntur huic morbo proclives esse. Cujus verba funt, " Ni-" mia statura, et statariae artes, morbos " renum folent inferre. Servos in aulis " principum, nobiles quoque, ut in au-" la regis HISPANIAE, ubi nulla funt " fedilia, non paucos observavi de mor-" bis renum conquerentes. Corpore e-" nim in statu erecto stante, lumbarium " musculorum fibras intentas esse neces-" fum est; et renes necessario in consen-" fum trahi, ut non tam libere curfum " naturalem peragat fanguis; nec a fan-" guine ferum fecernatur, unde postea " praedicti affectus fubfequuntur. *"

ALVUS

^{*} Ramazzini de morb. artif.

* ALVUS etiam nimis stricta ad hos effectus edendos plurimum confert. Scybala enim duriora in flexura coli retenta, renem finistrum valde comprimunt, et urinae fecretionem pervertunt, aut cohibent; eadem si diu permanent, irritatione fua, inflammationem gignunt.

† VERMES etiam in renibus huic morbo initium nonnunquam dedere. Scribit enim Vidus Vidius, se vermem capite acuto corniculato praeditum post longos renum dolores excretum vidiffe; atque inde aegrum a morbo liberatum, testatur.

actiones faunt, quibus transi-

IPSE etiam SENNERTUS canis renem vidit, qui totus erat absumptus, superstite tantum tunica eam ambeunte, quae tota vermibus longis, lumbricorum instar, plena reperiebatur.

PILI

^{*} Ludwig. No. 359. inst, med.

[†] Sennert. p. 1088.

22 DISSERTATIO INAUGURALIS.

* PILI etiam ac filamenta cum urina excreta funt, quae, renes irritando, eos inflammasse videbantur.

CAUSA PROXIMA.

Causa proxima, actio vaforum renis nimis aucta est; unde frequentiores, et repetitae contractiones siunt, quibus transitus sanguinis impeditur, et ipse sanguis in renibus congeritur.

RATIO SYMPTOMATUM.

Nunc rationem fymptomatum reddere conandum est.

"FRIGUS et horror." Sensus frigoris in initio morborum hujus generis individuus comes est, et a capillariis vasis in superficie corporis constrictis, et humorum insluxum impedientibus oritur.

QUIN

Scanor P. 1053.

^{*} Sennert. p. 1088.

Quin et potestatis nerveae etiam inertia spasmos, et relaxationes alternas efficit, unde horror percipitur.

"Cutis arida." Dum spasmo febrili corpus afficitur, pori cutanei adeo constringuntur ut nihil perspirabile transeat.

" Ander" ciam in hoc morbo uring

"SITIS." Eadem vasorum linguae et faucium constrictio, siccitatem et sitim gignunt.

" cinciur," quia, vi circulationis aucha;

- "Sensus tensionis, ac gravitatis in "lumbis." Vasorum renis actione aucta, ad eos sanguis consluit, itaque ultra modum distenduntur renes.—Unde tensionis sensus. "Gravitas" autem sentitur, quia pondus simul augetur.
- " FREQUENTIOR urina est, eadem ar" det ac prodit rubra, slammea, atque
 " sanguine tincta."

24 DISSERTATIO INAUGURALIS.

In renis inflammatione, perinde ac in aliis morbis inflammatoriis, " urina a" crior redditur;" quae per ureteres difstillans, frequentiores conatus ad ejiciendam urinam excitat.— " Involuntarie"
ergo nonnunquam redditur urina.

"ARDET" etiam in hoc morbo urina magis quam in aliis hujus generis; quia renes, unde derivatur urina, maxime inflammatio obfidet. "Sanguine etiam "tingitur," quia, vi circulationis aucta, fanguis ruber ex vafis fuis propriis in ductus urinae fecretorios exprimitur.

"Dolor ad umbilicum" fit; quia musculi transversi abdominis assiciuntur. Umbilicus vero praecipue dolet, quia in omni musculorum inslammatione fines tendinei praecipue laborant.

"Frequens nausea et vomitus." *Confensum magnum renibus cum ventriculo et

^{*} Sennert. p. 1089. Van Swieten, vol. iii. p. 225.

et intestinis interesse multa testantur; adeo ut illorum vitium facile ad haec, horum ad illos, transeat. Sic in paroxysmo hypochondriaco, qui ventriculi praecipue morbus est, urina pallet, et large essunditur. Colicae etiam vehementi suppressio urinae non raro supervenit.

- "CALOR in lumbis." Quoniam sedes hujus morbi in renibus est, si quis eorum situm respiciat, cur in lumbis calor se ostendat, ei haud obscurum esse potest.
- "TESTICULUS retrahitur," quia mufculus cremaster inflammatus scrotum ideo retro trahit.
- "*STUPOR cruris," nervorum, qui ad femur tendunt, compressione sit; unde vis nervea in illas partes minus libere influit. Ideoque sensus quoque perditur.

D "Dolor

* Van Swieten, vol. iii. p. 223. Sennert, p. 1089. cap. viii,

26 DISSERTATIO INAUGURALIS.

"Dolor levior, si in latus dolens "homo decumbit." Hujus rei causa in promptu est, quod si in integrum latus homo decumbit, ren affectus pendulus necessario sit, ideoque partes affectae distenduntur, et distentae plus doloris excitant.

PROGNOSIS.

* PROGNOSIS in hoc morbo non nisi valde anceps deduci potest. Internae enim inflammationes illarum partium, quae ad vitam adeo necessariae sunt, semper mortis periculum minantur.

IMPRIMIS igitur in hoc morbo, uti in aliis inflammatoriis, a diuturnitate frigoris et horroris in initio, prognofis est trahenda. Haec enim si brevi desierunt, nec aegrum multum affecerunt, spem praebent morbum non valde vehementem suturum.

DOLOR

^{*} Sennert. vol. ii. p. 1090. River. p. 188.

Do Lor etiam si non valde acutus, saepe intermittit, si calor in lumbis modicus
* est, si urina turbida potius, aut rubra,
quam aquosa, aut limpida, et ampla copia effertur; eventu fausto morbus terminare solet. Cavendum tamen est, ne
in hoc morbo, ut in aliis febribus, si sedimentum in urina haud appareat, male
praesagiamus. Urina enim statim secernitur a sanguine qui per vasa inslammata
transit, antequam iterum una cum caeteris
humoribus toto corpore circumssuxerit.

DIXIT ergo VAN SWIETEN: † " U" rinas illas bonas esse quae crassae ex" cernantur, licet non subsidant, quod in
" aliis morbis suspectum haberetur."

‡ GALENUS etiam hoc monitum §
HIPPOCRATIS de vesica etiam ad renes
extendit;

^{*} Van Swieten, vol. iii. p. 223.

⁺ Vol. iii. p. 232.

[‡] In prognostic. charter. tom. viii. p. 637.

[§] Ibidem, p. 638.

extendit; fi vefica aliquo modo laborans hujusmodi urinas reddit; non enim totius corporis fed ipfius per fe indicium eft. Optimum etiam falutis fignum praebent haemorrhoides copiose effluentes. His enim fanguinis impetus in renibus valde imminui observatur. Magis dubia autem prognofis erit, fi horror et frigus in initio diu manent, fi dolor valde intenfus fit, fi calor urens in renibus percipitur, fi pulfus durus evadit, et fiti inexplenda aeger cruciatur. Neque laetum exitum portendit urina limpida excreta. Hoc enim defignat * phlegmafiam interioris renis esse. Retractio etiam testiculi, femorisque stupor, inter signa quae morbum gravissimum esse significant, habenda funt; post quae pauci sine aliqua noxa

^{*} Mala tunc merito damnatur talis urina, et ut fignum, et ut causa. Ut signum, quia notat validam inflammationem adesse per totam renis substantiam; ut causa vero, quia omnia acria per urinam naturali lege de corpore eliminanda, retinentur, et diluens sanguinis ad renes appulsi, vehiculum a reliquis partibus secedens facit, ut inflammatoria densitas in sanguine augeatur. Van Swiet. vol. iii. p. 223.

noxa effugere. Item pauci, qui ante * diem fextum aut feptimum non levati funt, prorfus convalescunt. Etenim ubi hoc fit, inflammatio plerumque in gangraenam, suppurationem aut schirrhum, definit. Pessimum tamen omnium erit, si his delirium aut convulsio † succedunt.— Postremo, sudores frigidi, et extremorum frigora cum ischuria, ventum ad extremum esse significant.

METHODUS MEDENDI.

TRIA medendi in nephritide confilia funt sequenda;

PRIMUM, Sanguinis impetum minuere;

DEINDE, Actionem vasorum nimis auctam componere;

POSTREMO, Symptomata, quae maxime urgent, levare;

Duo

^{*} Boerh. aph. 1001.

[†] River. p. 188.

Duo priora morbis inflammatoriis communia funt, et in omnibus fere eodem modo peraguntur. In omni enim inflammatione firmarum partium actio ultra modum augetur; fimul major fanguinis copia, majore impetu, in vafa influens, horum actionem etiam magis auget.

Quicquip igitur et vasorum actionem, et sanguinis impetum, atque copiam imminuit, id impedimenta, ideoque ipsam inflammationem tollit. Itaque de utroque curandi consilio simul agendum judico.

* UTRIQUE autem confilio fanguinis detractio respondet.

HAEC enim, praecipue si subito siat, sanguinem tardat, sirmorum actionem minuit, et vasa constricta relaxat.

ITEM

^{*} Sauvage nof. meth. vol. ii. p. 511.

ITEM copia sanguinis detracta, ejus moles, quae, vafa distendendo, quafi stimulus antea fuerat, minuitur.

QUONTAM igitur magnam vim ad inflammationem refolvendam fanguinis miffio habere videtur, in hoc casu merito commendatur. Quantum autem detrahendum fit, ad amuffim flatuere non poffumus. Etenim plus minusve, prout morbus vehementior aut levior fit, item pro viribus, aut aetate aegrotantis demendum eft.

PLERUMQUE tamen, fi medicus in initio morbi accerfitus est, et aegrotans media aetate et pleno corpore est, ut sanguinis unciae sedecim aut viginti mittantur, oportebit. Forfitan tantum fanguinis projiciendum quibufdam non videbitur. Verum ii reputare debent, eam copiam fimul detractam, plus valere, quam multo majorem in plura tempora divifam.

Praeterea

PRAETEREA tempestiva sanguinis missio, non solum per se multum levaminis
adferre solet, sed etiam futuram curationem multo expeditiorem reddit. Neque
tamen obstat quicquam, quin si, sanguine semel misso, aegrotans non levatus
fuerit, neque ulla resolutionis signa apparuerint, iterum ille mittatur. Si aeger
tamen post sanguinis missionem debilitari
videbitur, sive metus erit, ne si amplius
mittatur,

mittatur, syncope corripiatur, venaesectione prorsus abstinendum est.

one fichae tumofadae aut prominentes as VERUNTAMEN, si symptomata, quae inflammationem in renibus adhuc ineffe testantur, permanent, ad fanguinis miffionem topicam recurrendum est, quae per cucurbitulas, aut hirudines facienda est *. Hae etiam maxime usum praebent, si parti dolenti quam proxime applicabuntur. Licet autem copia fanguinis quae per eas detrahitur parva videatur, apprime tamen usui esse solet, et quia sanguis vasculis loco inflammato vicinis effluit, et quia maxima parte ab arteriis derivatur, in quibus fanguinis impetus multo magis quam in venis urget. Porro cum in hoc morbo haemorrhoides, fi fponte effluunt, curationem multum juvare observentur, ideo eae promovendae funt. Ergo hoc, fomentis laxantibus ano applicatis, hiru-E dinibus

uncleri canip med. p. 2614

^{*} Sennert. p. 1090.

34 DISSERTATIO INAUGURALIS.

dinibus fugentibus, * aut venarum haemorrhoidalium fcarificationibus, praecipue si hae tumefactae aut prominentes appareant, id conandum est.

infammationem in regious acting hotile

- Post fanguinis detractionem nihil forfitan ejus impetum magis minuit, aut inflammationem magis tollit, quam cita alvi subductio †. Quinetiam in nephritide apprime necessarium est, ut hoc quamprimum fiat. Hujus ratio facile patebit, fi confideremus scybala indurata, in flexuris coli retenta, renes premendo, caufam huic morbo frequentem praebere ‡. Ea igitur quae citissime alvi dejectionem praestant, huic consilio maxime accommodantur. Itaque liquores in anum immiffi optime huic voto fatisfaciunt; quia intestina inferiora, praecipue quae crassa vocantur, purgant. § Enemata igitur, sarp nuis laxantibus and applicatis, hiru-

^{*} Sennert. p. 1090. Juncker. p. 363.

[†] Junckeri consp. med. p. 361.

[‡] Vide Ludwig. No. 359. inst. med. Hoffm. vol. i. p. 148.

[§] Juncker. confp. med. p. 361. Sauv. vol. ii. p. 511.

quae ex lenibus catharticis constant, conveniunt, qualia enema commune, decoctum commune pro enemate, cum salis communis additione, et similia, sunt. Hacc omni ex parte respondent, quia et contenta coli educunt, et leniter id praestant. Lenibus enim catharticis opus est, ne, si acria magis adhibeantur, ea renes pimis stimulent.

quiequid commodibadigrand lis afre ve-

Quod si enemata ad inflammationem leniendam parum valuerint, medicamenta ore assumpta tentanda sunt; quae, totum canalem intestinorum purgando, premens et irritans stercoris onus ejiciunt. Horum convenientissima sunt sales neutri, praecipue sal Glauberi. Hic enim levissimo omnium purgantium stimulo, citissimo omnium purgantium stimulo, citissime tamen intestina purgat. Utilis quoque est pulpa cassiae, aut tamarindorum, quae tamen, nisi magna copia adhibita, nostro consilio parum respondet. Quod si post sanguinem omnibus modis perditum,

perditum, alvumque et fupra, et infra purgatam, aegrotans nullum levamen fenserit; * fomenta calida in usum vocari debent; quae loco affecto applicata, ad refolvendam inflammationem plurimum conferre folent. Decocta ergo ex floribus chamaemeli, aliifque herbis hoc confilio plerumque adhibentur. Cum vero haec haud fua peculiari virtute, nec nifi calore, quicquid commodi adferant, iis usus veficarum aqua calida repletarum mihi anteponendus videtur; fiquidem eae aeque calore profunt, et hoc magis commodae funt, quod calorem pannis laneis, aut linteis inclusum diutius retinent, stragulafque fupra aegrum impofitas vix humectant. Huic rei optime omnium enematum usus convenit, ea enim, ob vicinam renibus coli flexuram, ipforum quafi renum fomenti vice funguntur. Ex enematibus vero ea, quae demulcente, et emolliente natura, funt, maxime hoc praeftabunt;

^{*} Boern. aph. 997. et comm. per Van Swiet. Juncker. p. 362.

stabunt; uti enema ex aqua tepida fola, decoctum commune pro enemate, et fimilia, quae fine ullo stimulo parantur. * Copia tamen horum fimul injecta parva effe debet, ne, fi ea magna est, renem tumefactum comprimant. † Item diutius haec enemata retineri intus debent, quo melius laxare, atque fomentorum officia praestare magis valeant. ‡ Porro si semicupium commode parari posset, quod hic faciendum est, id optime efficeret. § Notandum tamen est, antequam haec fiant, semper folvendam effe plethoram, alvumque liberam reddendam, aliter fomentorum, et lavationis calor febrem augebit, fanguinemque in renibus accumulabit. Veficatoria etiam ad inflammationes levandas, optimo cum fuccessu saepissime adhibentur; quorum actionis rationem reddere de la company de la compa

^{*} Sennert. p. 1090. Hoffin. vol. i. p. 149.

⁺ Ibid. Hoffin.

[‡] Sauv. N. M. vol. ii. p. 511.

[§] Sauvage, vol. ii. p. 511.

dere non nostrum est, si quidem peritissimos artis ea fefellit.

liar quae fine ullo fiimulo parantur. * Co-

EORUM usum tamen testimonium omnium medicorum confirmavit. Cl. Whytt in praelectionibus suis, pulsus, illis post venaesectionem applicatis, magnopere minui, observavit, immo postquam venaesectio sola parum profuerat. Quod tamen ad vesicantia attinet, observandum est, nisi summa cum cautela, in hoc morbo ea in usum non esse vocanda, quoniam temere adhibita saepe stranguriam inserunt. Nihil tamen obstat quo minus rubesacientia, aut * epithemata usurpentur, quicquid enim mali a vesicatoriis oritur, id omne cantharides efficiunt.

INTER illa sinapismi primum locum tenent, quia citissime suos effectus edunt.

das, opsimo cum fuecesta facpissime ad-

FRIGIDA

^{*} Vide Juncker. confp. med. p. 362.

* FRIGIDA etiam ad inflammationem reprimendam nonnunquam lumbis applicantur. Haec tamen, nisi inflammatio in ortu sit, valde periculosa sunt. Potiones diluentes, et aquosae, quae aliis morbis, in inflammatione positis, usui esse solent, in hoc quoque utiles esse possunt.

it folamque aquam tepidam da

VERUM in hoc eae, quae lenissimae sunt, solae sunt tractandae; ne si minus leni natura sint, partes inflammatas irritent. Potui igitur dentur, aqua hordeacea, decoctum avenaceum aut althaeae, linive, et omnia quae leniter demulcent. † Item infusa thea larga copia epota, voto medentis in hac parte respondet, ob facultatem ejus diureticam, quam solum relaxando, sine ullo stimulo exercet.

‡ Remediis tamen acidis, aut falinis, quae diuretica vulgo dicuntur, quanquam

s. aut thermas C.

^{*} Riverius, p. 193.

[†] Junckeri consp. med. p. 363. Hoffin, vol. i. p. 149.

[‡] Van Swieten, vol. iii. p. 234.

quam ad calorem, et fitim leniendum efficacissima sunt, tamen dum inflammatio urgebit, ob stimulum quo renes afficiunt, prorfus abstinendum est. Itaque veteres, a similibus in hoc morbo abstinendum effe, recte monuere. *ALEXANDER TRAL-LIANUS ipfam mulfam lenissimam vetuit, folamque aquam tepidam dari praecepit. Sub finem tamen morbi, si resolutio ex voto fuccesserit, diuretica mitiora dari cum fructu possent. His lac asininum, aut caprinum, serum lactis annumerantur, quorum ufu aegros hoc modo laborantes, Ægineta multum levatos affirmat. Commode etiam hujus rei caufa emulfiones, quales ex feminibus frigidis parari solent, praescribuntur. Postremo aquas etiam acidulatas, et purgantes, uti Selteranas, aut thermas Carolinenses, hunc usum feliciter praestare, testatur Hoffmannus t. commits of the

I Van Swieten, vol. iii.

mann

^{*} Lib. IX. cap. 5. p. 540, 541. + Hoffman vol. i. p. 149.

* In hoc morbo, ut in aliis febribus, dum inflammatio viget, victus tenuis et ex humida materia, potius quam firma, esse debet. Sed acria aut fermentata omnia sedulo vitanda funt.

Qui es etiam animi, et corporis, morbis inflammatoris praecipue necessaria est; et omnia cum cura fugienda sunt, quae celeriorem per vasa sanguinis motum excitant.

ITEM aër cubiculi in quo aegrotus versatur, frigidiusculus servari debet, et lecti calor, quantum poterit, evitari †.

Jamque primo et secundo medendi consilio absoluto, ad tertium transeundum est, et quo modo urgentia mala leventur dicendum. De qua curationis parte hic morbus non multa propria requirit.

^{*} Sennert. p. 1090.

[†] Sydenham, feet. iii. cap. 3. p. 203:

quirit. Ad dolores tamen sedandos anodyna prosunt. Inter haec tamen opii ufu, dum morbus viget, abstinendum est; quia inflammationes augere solet. * Raroque opiatis utuntur prudentes medici in morbis acutis inflammatoriis, nisi postquam per sanguinis missionem, aliaque apta remedia, inflammationis vehementiam minuerint.

OPIATORUM autem vicem camphora fupplere videtur, de qua Huxhamus loquens:

"ANODYNA (inquit) et mulcente e"jus potestate, erethismos in febribus
"malignis compescit, temperat animi
"motus, somnumque infert, ubi opiata,
"e contrario, animorum motus et tu"multus concitarent †."

SIMILISQUE

^{*} Van Swieten, p. 236.
† On fevers, p. 120.

* SIMILIQUE confilio folanum etiam in cataplasmatis forma a quibusdam adhibitum video.

Quop ad nauseam et vomitum attinet, cum ea renes, affidue, et vehementer agitando, inflamment, ideo quam primum levari debent. In tali cafu VAN SWIET-EN aquam mellitam tepidam frequentius ingerendam putat, quo facilius et minori cum anxietate aegrotantes vomant.

OPIATA etiam, fi haec symptomata valde molesta funt, gratis stomachicis admista, ad dolorem sedandum dari quoque possunt,

ATQUE ad hos usus mistura antiemetica a RIVERIO descripta, inter effervescendum hausta, laudatur. Cataplasmata etiam roborantia, et calida epigastrio applicata, plurimum prodesse solent. Sed hae

^{*} River. p. 193.

44 DISSERTATIO INAUGURALIS.

hae ventriculi turbae, sanguine misso, alvoque soluto, sponte sua plerumque solvuntur. Quae tamen si vehementissime premunt, et urgent, antispasmodica, uti camphora et moschus, in auxilium vocentur.

CRURIS stupor, testiculique retractio, ita de ipso morbo pendent, ut, hoc sublato, sponte decedant; eodem manente, aut saeviente, levamen nullum accipiant.

FINIS.

are suffice sulu tod be syorA

PLATA etiam, fi lace f

tion a flavento descripta, inter estavescondum bausta, laudaine, Cataplaticata ctiam religionantia, et calida epigalitic ap-

pleats, plurimum prodelle folent, Bed

end the last the last

SCC. P. 1924